

illa instrumenta paraverat, quæ jam, aliud agens, suprà (t) recensui. Sed tandem hoc quoque solatio privatius, à Praetorianis in eum conspirantibus, in latrinis inventus, & immersus, multis pugionibus transfoissus, interit, sic non minus obscenam, & spurcam mortem, quam vitam sortitus, & illud Claudiiani (u), exemplo suo, certissimum reddens:

*Luxurias per dulce malum, que dedita semper
Corporis arbitris, hebetat caligine sensus.
Membraque Circeis effeminat acris herbis.
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrica ulla.
Interius fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, torcos auro circulinuit hydros,
Illa voluptatum multos intexuit hanos.*

23 A quibus quidem nulli magis, quam Reges, & Principes cavere debent, cum hæc via magna & excelsa fastigia præcipue impetrere soleant, ita ut meritò de iis Tragicus (x) dixerit:

*Quisquis secundis rebus exulta nimis,
Pluitque luxus semper insolita appetens.
Haec illa magna dura fortune Comes
Subit libido, non placent suete dapes.
Non tecta sani moris, aut vilis cibus.
Cur in penates rarius tenus subit
Hec delicatas eligens pestis domos?
Cur sancta parvis inhabitat in teclis Venus
Mediumque sanos vulgus affectus tenet,
Et se coercent modica? Contrà divites,
Regnoque fulti, plura quam fas est petunt?
Quod non potest, vult posse, qui nimium potest.*

24 Et plus exemplo, quam peccato noceant, nisi omni studio laborent, omnem luxum ac luxuriam in se cohibere, & Rempublicam suam similibus moribus, ac virtutibus venustare, & splendidam facere, potius quam opulentia, ædificis, aliquisq; deliciis, qua pestifero sui abuso, omnium, ut disi, malorum altrices existunt. Quod egregie monuit D. Augustinus (y) sic inquiens: *Perversa, & adversa corda mortalium fielices res humanas putant, cum Reorum splendor attenditur, & labes non attenditur animorum: cum theatrorum moles extrubuntur, & effundunt fundamenta virtutum: cum gloriosa est effusionis insanitia, & opera misericordia deridentur: cum ex his que divitibus abundant, luxuriantur histrioines, & necessaria vix habent pauperes: Cum Deus, qui doctrinæ sue publicis vocibus, contra hoc malum publicum clamat, ab impiis blasphematur.*

25 Et sanè licet Tiberius Imperator, ut Tacitus memorat (z), ausus non fuerit, sumptuarias leges, que oblivione, vel contemptu aboliæ, securiore luxum fecerunt, suis edictis renovare, & in pristinam observationem reducere. Satis esse ducens, omittere potius prævalida & adulta vitia, quam hoc asseq; ii, ut palam fieret, quibus delictis impar esset. Ipse tamen Tacitus statim subjungit, exempla ad hoc validiora esse, quam leges, & sub Vespasiano, quia ad strictum morem observabat, & antiquo ipse cultu virtuque utebatur, totum populum in ejus obsequium, & emulationem à luxu in vestibus, epulis, & rebus ceteris abstinuisse. Et Latius Pacatus (a) idem de suo Theodosio ita eleganter, & ad rem nostram apè, recenset, ut pro Commentario nostri Emblematis sufficere posset, tradens qualiter hic Imperator moderatam luxum in omnibus servavit, & ad sui exemplum omnem Romanum orbem deduxerit, qui perditè nimis ad omnia immoderata (ibidem miro verbum splendore expressa) transierat, & tandem concludens: *Sic est enim, sic est exasperat homines imperata corratio: blandissime jubetur exemplo.*

27 Sed adhuc, veluti superpondium Agellum (b) adjicio, qui priscis Romanis omnem lautiorem, luxum, & vestitum ornatiorem, vitio versum esse tradit, hunc excessum *Elegantiam*, eosque qui in his excederint, *Elegantes*, vituperii causa appellatos, licet postea ha voces pro anceniori ingenio, & locutione usurpatæ fuerint.

28 Et novissimum Antonium Burgundiam (c) qui ad luxum, & varietatem vestimentorum nostri temporis, tam in viris, quam in feminis respiciens, eundem eleganter describit, & reprehendit, & infamem gloriam esse probat, in his gloriari, & ab externis (ut quotidie facimus) nationibus, in Patriæ nostræ perniciem, & effeminationem, tot novas, & plerumque indecoras togarum, laciniarum, horacum, fœmorialium, & caligarum formas advocate. Quod maximè in fœminarum vestibus dolendum & dolorandum est, que jam tam manifestis hiaticibus uberum, & scapularum, carnes prostituant, ut macelli januam censeas, aut certò prostibuli, in hac sola nuditate gloriantes, & hyemis frigora non timentes, cum sic ignem spirent, sic urant acris, & incautos, dum retibus, tot plicias complicitibus implicatis, has partes adornant, velut ex insidiis gravius feriunt. Sed hæc his, qui clavum Reipublicæ tenent, judicanda & emendanda relinquunt, qui ignorare non possunt, mutationem habitus morum ruinas trahere, aut jam inclinatos mores sequi, & benè Tacitum (d) admonuisse: *Sexum natura invaditum deserit, & exponi suo lusu cupiditatibus alienis, non licet.*

EM-

(s) Sup. Emb. 16.

(u) Claudian. de laud. Stilic. lib. 2.

(x) Senec. Tragic. in Hippoly. act. 1.

(y) D. Aug. epist. 5.

(z) Tacit. 3. Annal.


(a) Pacat. in Panegyr. Theodos.

(b) Agell. lib. 11. cap. 2.

(c) Burgund. in Mundi lapide Lydio, cap. 15. ex pag. 59.

(d) Tacit. 3. Annal. vide Carranzam, Patronem & Cœcum in lib. contra los malos trages.

INGLUVIES IN REGIBUS VITUPERAVILIS.



*In ventris spacio cor sibi condidit
Infelix Asinus, qui mare permeat.
At, culpans homines, quos gula deprimit,
Vecordes vocitem nunc sine peccatore,
Venter, non animus, si suus imperat.*

COMMENTARIUS.

Uamvis quæ superius, de immoderato luxu in omnibus à Regibus excusando, retulimus, nimis quoque edacitatis, & lautarum, splendidarumque mensarum, dapaliumque coenarum, frequens studium comprehendant. Adhuc tamen, quo magis vitium hoc ab eorum animis arceamus, aliqua in præsenti separatim in ejus detestationem addere destinamus, quoniam in eo præcipue excedere plurimi solent, ita ut vel in proverbium transierit, hunc maximè luxum *Regalem appellare*, & *Mensis Regales*, quæ extremitissimæ, lautissimæ, apparatissimæque sunt, juxta illud Virgilii (a),

At domus interior Regali splendida luxu

Instruitur

Et iterum (b):

Aurea fulca toris, epulæque ante ora paratæ

Regifico luxu

Ubi noster Cerda plura notavit, & Lambinus, Taubmannus, & alii in illud Plauti (c) *Basilice agite Eleutheria. Basilico accipere victu.*

2 Cum tamen, qui rectè sentiunt, & se tanto munere dignos reddere volunt, longè magis regium censere, & habere debeant, sobrietatem ac frugalitatem amplecti, sanctamque illam &

Bb 2

(a) Virgil. 1. Æneid.

(c) Plaut. in Pers.

(b) Idem 6. Æneid.

elegantem sententiam Socratis sequi, quæ dolet: *Edendum esse, ut vivamus, non autem vivendum, ut edamus*; quam exemplo Catonis, & aliorum, ut Aurelius, Alexander (d), & alii (e) commendant.

3 Hæc enim una in eadem ratione, bona valetudini, ac rei familiaris consultur, libidinis fomes extinguitur, & nedum Reges, verum & ceteri ratione prædicti homines, ac reliquis animantibus separantur, quæ, ut *Salustius* (f) ait, natura prona, atque ventri indulgentia finxit.

4 Regium quippe Diadema, ejusque dignitas, & splendor, non in ventre, mensarumve pompa, ut apud *Lampridum* (g) dixit olim *Alexander Severus*, sed in mente stare, præstareque debet, & in frugalitate potius, quam in ingluvies, quæ secundum Festum Pompejum (h), à Gula nomen accepit, & *Ingluviosos*, nimis edaces appellari fecit. Quos etiam *Glatos*, *Gulones*, *Gumias*, *Hellunes*, *Epulones*, *Larcenes*, *Manducos*, *Mansutios*, *Phagones*, & similibus aliis nominibus, non tam vocare, quam infamare Romani Græcique solebant, ut *Erasmus* (i) tradit in *Adagio Manducus*.

5 Et Alciatus (k) *Circuliones* appellat, quasi vermi, qui frumentum arrodit, quem nos *Gorgojo* dicimus, similes sunt, Emblema quoddam in eos effingens, subjectis his, quæ sequuntur carminibus:

*Circulione Gruis, tumida vir pingitur alvo,
Qui Larva, aut manibus gestat Onocrotalum.
Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici.
Et Gula quo celebres deliciosa facit.*

6 Quam similiter reprehendes novissimum Burgundia (l) symbolum fecit, quo latam famen nihil aliud esse, quam Vermium penum ostendit, & enumeratis exquisitis jentaculorum seu eduliorum formis, quibus hodie culinæ fumant, & Principum ac Potentiorum mensæ instrui solent, in nihil aliud hæc proficere tradit, quam ut parsimonia fructus profundantur, & quod stultius est, qui ita saginantur, sibi tremulas manus, lipientes oculos, purulentas gingivas, vacillantes gentes, eretatos pedes, graveolentem spiritum, pectori phthisin, hydropon ventri, morte corpori, inserunt animæ, inmodicis sumptibus ambient, & comparent, ut è cadavere suo vermes, & producant uberiori, & laetus edificant.

7 Nos, & si debitam quidem lautiæ, & munditiæ Regias mensas decere fateamur, excessivam tamen crapulam, & ingluvem ab eisdem exulare debere, depicti (ut videtis) Assello, marino pisce, suadere conamur, qui ut Aristoteles (m), Plinius (n), & alii (o) tradunt, solus inter reliqua terrestria, aquatiliaque animalia cor in ventre habere conperitur. Unde Simon Majolus (p), eamdem historiam recolens, aptissime infert, tales esse homines, qui abjectis virtutibus, onne studiū ventri adhibent.

8 Quod luculentius ante ipsum dixerat Clemens Alexandrinus (q), dum post plura, in detestationem nimis, & exquisite gulositatis exactissimè perorata, illum Paralypomenon (r) locum expendens, in quo legimus, qualiter David in sua civitate, in medio tabernaculo Sanctam Arcam collocans, facta omnibus, qui ejus dictio parebam latitia, coram Domino distribuit omnibus copiis Israëlis, à viro usque ad mulierem, unicuique tortam panis, & panem subcineritum, & lagatum ex sartagine, sic subdit: *Hoc est sufficiens nutrimentum Israëliticum: Gentile autem quod est, superfluum. Qui autem eo utitur, nunquam ut sit sapiens laboraverit, ut qui mentem in ventre infoderit, admodum similis pisci qui onos, hoc est Assellus dicitur, quem quidem dicit Aristoteles solum ex omnibus animalibus babere cor in ventre. Hunc Epicarmus Comicus Extrapolon vocat, hoc est, qui discedit à communis ventris consuetudine. Tales sunt ti bōnes, qui in ventrem crediderunt. Quorum Deus venter est, & gloria ignorantia ipsorum, qui quæ sunt terra cognitam, eis non bona prædictit Apostolus (s) dicens: Quorum fons est in eterno. Quem quidem interitum, de aeterna damnatione explicat ibidem Gentianus Harvetus, diligens Clementis Paraphrases, & reliqui Patres, qui dictum Apostoli locum exponunt.*

9 Quibus Ego addo ad temporalem etiam referri posse, cum certum sit, ut iam supra cum Seneca, & Burgundia commonui, ex crapula, & ebrietate, aliquis ejusmodi libidinosus corporis voluptatibus, plures morbos, perpetuosque dolores generari solet, ut idem Clemens subnectit, & æquè certum quod à Medicis traditur, & à Philipo Camerario, & aliis (t) passim, ac veluti proverbii vice (u) refertur, plures nempe esse, quos ingluvies, ac crapula perimit, quam quos ensis, & inedia.

Quod

- (d) Aurel. Alex. in discurs. polit. ad vitam Imp. Alex. (n) Plin. lib. 17. cap. 16.
- (e) Severti, pag. 126. & seqq.
- (f) Ascaff. de arario, pag. 194.
- (g) Sallust. in princip. Catil.
- (h) Lamprid. in Alex. Severo.
- (i) Festus de verbis sign. hoc in verbo.
- (j) Erasm. in Aligis, pag. mibi 148.
- (k) Alciat. Emb. 90.
- (l) Ant. Burgnd. in lapid. Lydiò, cap. II. § 13. & de arario, pag. 892.
- (m) Arist. de hist. anim. lib. 8. cap. 5.
- (o) Athene, lib. 7. cap. 31. late Gesner. in lib. de piscib. pag. 84. qui alter sentit.
- (p) Majol. collaq. de piscib. pag. mibi 197.
- (q) Clem. Alex. in Pædagog. cap. 1. in fin.
- (r) I. Paralyp. 16.
- (s) D. Paul. ad Philip. 3. 19.
- (t) Camer. 1. subces. cap. 94. & tom. 3. cap. 34. Ascaff.
- (u) Ovid. Metam. 1. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1342.

Attendas, magis illa iuvant; que pluris emuntur.
Ab miseri; quos nosse iuvat, quid Phasidis ales
Distet ab hyberna Rhodope grue; quis magis anser
Exta ferat, cum Tuscan aper generosior Umbro?
Lubrica que recubent conchylia mollitus alga.

Et, ut alios præterea Petronius (*i*), qui postquam de mutatione, seu perversione Romanii Imperii, ob nimium in rebus omnibus luxum, exactissimè cecinit, ita de Romanorum gula scirpum reliquit:

Ingeniosa gula est, Siculo scarus aquore mersus,
Ad mensam virus perducitur, inque Lucrinis
Eruta litoribus, vendunt conchylia canas,
Ut renoverent per dannafamem. Jam Phasidos unda
Orbata est avibus: multoque in litore tantum
Sole desertus aspirant frondibus aurea.

17 Quod verò de fœditate consummationis, quarumlibet etiam lautissimarum epularum, subiectit Plinius, idem ipsum est, quod D. Nazianzenus (*k*) expressit, easdem, Honoratum stercus appellans. Honoratum quidem (ut ejus Interpres explicat) ob summum studium, pretium, & lauitatem, quo ab initio expetuntur, comparantur, & conduntur; stercus verò, quia ubi fuerint digesta, in stercus excernuntur.

18 Ut vel hinc cognoscere possimus, quid dicendum, sentiendumq; sit de Dionysii, Apiciis, Asiniis, Polionibus, Næcenatibus, Nomentanis, Galonis, Æsopis, Clodiis, Albinis, & similibus aliis, qui in exquisitis cibis querendis, & absumentis, omnem sua vitæ curam, & fœlicitatem collocabant, divitiasque omnes suas expendebant. Quorum, & aliorum insignium Gulonum, & Phagonum, copiosum Catalogum Athenaeus (*l*), Plinius (*m*), & alii Scriptores (*n*) fecerunt.

19 Certe Seneca (*o*) inter has, quas hi delicias, & voluptates reputabant, non tam vitam beatam consequi, quam sibi parentare, merito censui, & sepulchralis epulas funereasq; parare cum non tam convivari, quam justa sibi facere viderentur. Eamdenique insaniam in Asinio Celere consulari viro reprehendit Macrobius (*p*), quod nullum unum septem millibus nummuum mercatus est, & eo quidem tempore, quo Plinius (*q*) negat facile nullum repertum, qui duas pondo libras excederet, licet hodie longè majoris ponderis reperiantur; ut Juvenalis (*r*) etiam ostendit, similem excessum in Crispino, & aliis suis in satyris taxans:

Mullum sex milibus emit,
Æquament sane paribus sestertia libris.

20 Sed, ut qui cum Regibus agimus, Regum etiam & Imperatorum exemplis utamur, quis Iulii Cæsaris illud convivium non novit, & reprehendit, quo, ut Suetonius (*s*) ait, plus dicitur erogasse, quam integro anno totius ærarii Romani redditus pendere potuissent? Quis Antonii & Cleopatrae luxuriosas pariter, ac prodigis, & ad æmulationem lautissimas coenas in quarum una, margarita illa à Cleopatra uno hausta absorpta est, quæ sine contentione centies sestertium valorem superavit, ut à Plutarcho (*t*) Macrobio (*u*), & aliis (*x*) refertur.

21 Nero quoque Imperator, Suetonio (*y*) testante, & subcensente, epulas è medio die ad mediam noctem protrahebat, tanto quidem sumptu & apparatu, ut cuius & illa fuit vox secundum eumdem Suetonium (*z*): Divitiarum & pecuniae fructum, non aliud reputare, quam profusionem sordidos & deparcos esse, quibus ratio expensarum constaret; prælautos vereque magnificos, qui abuterentur, & perderent.

22 Deteriorque hoc Vitellius, eodem Suetonio, & Dione (*a*) referentibus, totum sui Principatus tempus ebrietati, & comedationibus impedit, idque adeò immodico sumptu, ut si diutius vixisset, mensarum pretio Romani Imperii opes abliguisset. Maximè cum ea que voraverat, statim vomere consuisset, quo avidius novis se epulis traderet, (heu cœli terraque pudor) in hoc, ut Causinus (*b*) ex Olao recenset, animali quod Gulo, dicitur, se similem faciens, quod voracissimum est & ubi corpus nimio cibo, instar tympani extensus sentit, angustias, interpetras, vel arbores querit, ubi se restringens, quod voraverat, egerat, ut statim ad cadavera redeat.

23 Ælius quoque Severus, Geta, Victorianus, & alii Antiquiores, & Juniores Cæsares, in hoc

(*i*) Petron. in satyr. in carm. de bello ciuit.
(*k*) D. Naz. in orat. de nat. Dom. pag. mbi 130.
(*l*) Athæ. lib. 1. cap. 3.
(*m*) Plin. lib. 9. cap. 17. Theat. verb. Gala.
(*n*) Pontan. in bellar. 2. tom. pag. 177. & seqq.
(*o*) Seneç. de vit. beat. cap. 11. & epist. 12. & 122.
(*p*) Macrob. lib. 3. cap. 16.
(*q*) Plin. lib. 9. cap. 17.
(*r*) Juven. satyr.
(*s*) Sueton. in Caio Jul. Cesar. cap. 38.

(*f*) Plutarc. in Antoni.
(*u*) Macrob. lib. 3.
(*x*) Satur. cap. 17.
(*y*) Suet. in Ner. cap.
(*z*) Idem ibid. cap. 30.
(*a*) Sueton. in Vitell. capit. 13. Dio lib. 65. in prim. cipib.
(*b*) Causin. in Polist. symb. lib. 3. cap. 56. pag. 385. ex Olao Mag. lib. 18. cap. 5.

perditissimi, & luxuriosissimi fuisse perhibentur (*c*), & omnium in eodem vio; ut in aliis, pessimus, Heliogabalus, adeò, ut referente Lampridio (*d*), vulgo dictus sit *pictus*, & miras novasque inventiones ad augendas conviviorum expensas excogitaverit, amavitque sibi præmia majora dici earum rerum, quæ mensæ parabantur, orexi in convvio hancesse assertens.

24 Cum ergo hi, & his similes Reges, & Cæsares, qui se ventri & a domini manciparunt, ita male semper apud omnes audierint, satis Prudentes, & Christiani principes cognoscere possunt, contraria sibi via, si gloriam humanam, & divinam cupiunt, gaudiendum esse, & virtutes, & bonam mentem, ad quas contendere debent, non in comensatioibus, & compatriationibus, quæ luxurie, aliorumque vitiiorum, & malorum genitrices sunt, ut *Paulus* (*e*), *Augustinus* (*f*), & Hieronymus (*g*) docent, sed in parsimonia, & frugalitate cosistere, quam & Natura nos admonet, quæ, ut Lucanus ait (*h*). *Parvo est contenta paratu*.

25 Et hanc primæ axitis homines adeò secesserunt, ut glandibus tanquam, erbisque contenti, lætissimam vitam transigerent, eoque meliorem, ac salubriorem, quo frugaliorum ut Ovidius (*i*) cœnit, inquiens:

Tunc quoque cum Solem nondum prohibebat & imbre
Tegula, sed quercus tecta cibumque dabat

Sylva domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes.
Et rursus in Metam (*k*): Contenti cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fetus, montanaque fraga legebant.
Cornaque, & in duris herentia mora rubetis,
Et que deciderant patula Jovis arbore glandes.

26 Concinit his Petronius (*l*), qui Deum hominibus necessaria omnia, & his contenti esse velint, promptè subministrare, & reliqua ad gulam pertinere, ita elegantissime protulit:

Omnia que miseras possunt finire querelas
In promptu voluit candidus esse Deus.
Vile olus, & duris herentia mora rubetis,
Pugnantis stomachi composure famem.
Fulmine vicino stultus sitit; & riget Euro,
Cum calidus tepido consonat igne rogus.
Lex armata setet circum fera limina nuptæ,
Nil metuit licito fusa puella toro:
Quod satiare potest Dives natura ministrat,
Quod docet in frenis gloria fine caret.

27 Quod & apud priscos, & benè moratos Romanos in usu fuisse Varius Maximus (*m*) his dignis relatu verbis, memorat, & extollit: Nam max'nis viris prandere & cœnare in propatulo, verecundia non erat. Nec sanè ulla epulas borbabunt, quas populi oculi subjiceret, erubescerent. Erant adeò continentiae attenti, ut frequentior apud eos pulsis usus quam panis esset. Hec ad humanae mentis æstus leniendos cum aliqua usus ratione excogitata, aerum salubritatem suam industria certissimo, ac fidelissimo munimento tuebantur. Bonæque valetuus eorum, quasi quedam mater erat frugalitas, inimica luxuriosis epulis, & aliena nimia vinibundantia, & ab immoderate Veneris uso aversa.

28 Eundem quoque morem, eisdem prope rationibus à Christianis omnibus in primitiva Ecclesia observatum, ex Tertulliano (*n*), & Minutio Felice (*o*) satis appar. Et licet in Persarum Regibus splendidarum mensarum luxus in usu fuerit, Cyrus tamen adeò obrius fuisse perhibetur, ut iter faciens, cum ab hospite rogaretur, quid in cœnam apparar debet? Panem solum responderit (*p*) separare enim se justa fontem limpidum cœnaturum.

29 Et quod magis mirere, Seneca (*q*), licet valde dives ac præpotens ferit, abstinentia, ceu voluntaria quadam paupertate se se muniit, ut laborati luxus discrimina itaret, & magnas inter opes inopiam amans, non contentus docuisse, quod qui habet aquam & placentam potest cum Jove de felicitate contendere, ad minimæ se se redigens, sponte nascentibus, & aqua victitavit. Quod licet Tacitus (*r*) tradat, ab eo factum, ne dolis ingrueum pareret, & venenum sibi aliquoties Neronis iusu propinatum effugeret. Idem (*s*) tamen serio in quodam ex suis epistolis narrat, Attali Philosophi oratione auditæ, in vita, in errores, in malvita perorantis, sibi certa animi inductione, hanc abstinentiae legem indixisse, inde ostreis, soletisque in omnem

(*c*) Sabel. lib. 5. Enea. 7. Alex. lib. 5. Genes. cap. 20.

(*m*) Valer. Max. lib. 2. cap. 5. 5.

(*d*) Lamprid. in Heliog.

(*v*) Tertull. in Apol. cap. 30.

(*e*) D. Paul. ad Eph. 5. 18.

(*o*) Minut. in Oſtav.

(*f*) Aug. Dom. 1. in Quadrat. serm. 1.

(*p*) Ammian. Marc. lib. 21. Esm. lib. 8. Apoph. pag. 608.

(*g*) Hier. epist. 22. ad Eustach.

(*q*) Senec. epist. 18. & 110.

(*h*) Lucan. lib. 4.

(*r*) Tacit. 15. Annal.

(*i*) Ovid. de Arte amand. lib. 2.

(*s*) Senec. epist. 108.

(*j*) Petron. in fragm.

nem vitam renuntiassse; inde in omnem vitam unguento abstinuisse, quoniam optimis odor in corpore, est nullus: Inde vino stomachum caruisse, inde in omnem vitam valneum fugisse. De coquere corpus, atque exinanire sudoribus; inutile simul delicatumque credidisse.

30 Platonis quoque elegans alia circumfertur epistola (t), ad propinquos Dionysii Sicilia Tyranni, qua Syracusarum mensuarum luxuriem, & lauitiem, qua a multis beata ferebatur, nullo modo sibi placuisse inquit: *Nec bis quem in die faturum fieri. Qui & pro miraculo suis Græcis hoc annuntiavit, ut ex Plutarcho Loricibus (u) scribit, & aliis relatius Franciscus Patricius (x), & Camerarius (y), pluribus simul ostendentes, nullam voraginem, nullum barathrum esse, quod magis absorbeat, magis præcipitet rem, quam gula, que quo melius prandet, melius cœnare studet: nullasque divitias jam amplas, nullam supellecilem tam præclaram, nullas opes tan magnas, que parvo tempore in ventre non demergantur.*

31 Quo circa videre debem Principes, illique cum primis, qui Christo nomen dederunt, quanta cura & diligentia hac in parte debeant sobrietatem, & modestiam amplecti, qua sibi, vel ab Etnicis, tantopere commendatur, & firmiori Syracusis testimonio (z), quo inquit: *Væ tibi terra cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt. Beata terra cuius Rex nobilis est, & cuius Principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.*

32 Quem locum in vim legis successoribus suis reliquit Rex noster Alfonso X. sic inquiens (a) En tiempo conveniente debe el Rey comer, é beber, cada que lo pudiese facer, asi que non sea temprano, nin tarde. E otrosi, que non coma si non quando oviese sabor, é de tales cosas, quel tengan recio, é sano, é non embarguen el entendimiento. E esto, que go lo den bien adubado, é apuestamente: ca segun dixeron los Sabios, el comer fue puesto para vivir, é non el vivir para comer. E aun dixeron, que una de las noblezas que el Rey debe haber en si, es, de governarse bien, é apuestamente, á su pro. E esto dixo el Rey Salomon: Bienaventurada es la tierra que ha noble Rei por Señor, é los Mayordomos della comen en las sazones que deben, mas por mantenimiento de sus cuerpos, que por otra sobejania. E de los que contra esto facen, diso: Ai de la tierra de que el Rey es niño, é los Mayordomos della comen de mañana. E semejanza de niño puso, porque los niños mas coidian comer, que otra cosa, &c.

33 Cui legi simile est monitum, quod & ante ipsam Rex Castellæ Sanctius Crasus filio suo dedisse legitur, in quadam libro antiquo, cuius verba refert, & meritò laudat Doctus Noster, pariter, ac Religiosus Eusebius Noriembergius (b), se in hunc modum habentia: *Para miente á todas aquellas cosas que son malas y feas, y lizosas, y dañosas para la carne; y fallárdas que todas son malas para el alma. Mala costumbre para el cuerpo es comer, é beber lizosamente, é mas de lo que debes; ca así como esto es malo para el cuerpo, bien asi es malo pecado para el alma, &c.*

34 Et sanè, ut tamdem finiam, semper oportebit, ut Princeps, qui sibi, & suis justis ac prudenter dignari voluerit, in se & in illis ejusmodi æruginosos gula excessus summo studio compescere curet, & ad salutare illud D. Augustini (c) documentum animum adverat: *Carnis ita babenda est cura, ut ne ferociat. Semper, atque semper caro nostra subiecta sit animæ, & si cut ancilla famuletur domini sue. Ne præbeamus vires illicitas corpori nostro, ne committant bellum adversus spiritum nostrum; sed semper sit subiecta caro, ut obtemperet jussis spiritus sui, neque incrassari permittamus ancilam, ne contemnam dominam suam. Rechè enim Prudentius (d):*

Parci viëibus expedita corda,

Infusum melius Deum receptant.

Hoc pacis animæ est, saporque verus.

35 Quod etiam potentissimum præstantissimumque remedium esse, ad vulgi seditiones comprimens, Heraclitus Philosophus nobili illo apophategnate docuit, quod ab Erasmo, & aliis (e) refertur. Quadam enim exorta, rogatus, ut apud populum sententiam diceret, quo pacto civitas redigi posset in concordiam, concenso suggesto, poposcit calicem aquæ frigidæ, & paululum farinæ inspersit, mox de Glechone admisit, id est vel pulegii sylvestris, vel leguminis genus. Dein epoto calice discessit, nec verbum addidit. Hoc pacto innuens, ita demum civitatem caritaram seditionibus, si repudiatis deliciis, parvo contenti esse assuenserent. In quo Heraclitus suo respondit nomini, nam *Schotinus dictus est, id est Tenebriosus*. Cui compar Epictetus Cynica Secta Philosophus, ut post Agellum (f), & aliis, Erasmus (g) recenset, universa Philosophorum dogmata, qua ad humanae vita pertineant felicitatem, quæque tot voluminibus vix ceteri explicant, duobus verbis absolutè complexus est, qua jam proverbi vice celebrantur. **SUSTINE, & ABSTINE.** Quorum altero monemur, ut aduersa foriter toleremus: Altero, ut ab his, de quibus loquimur, superfluis edulii, & condimentis, & à reliquis illicitis voluptatibus temperemus.

EM-

(t) Inter epist. Mund. Procer adit. Venet. pag. 215.

(u) Lorich. de jun. Princ. pag. 237.

(x) Patric. de Rep. lib. 5. tit. 8.

(y) Camerar. cent. 2. cap. 30. pag. 183.

(z) Eccles. 10. 16. 17.

(a) L. 2. tit. 5. part. 2.

(b) Euseb. in Theo. polit. pag. 559.

(c) D. Aug. de salut. docum. cap. 25.

(d) Prudent. in hymn. post Cibum.


(e) Erasm. lib. 2. Appob. tangit Alciat. Emb. 16. 5

ibi Brocens. & Minoes.

(f) Agell. lib. 17. cap. 19.

(g) Erasm. in Adag. pag. 748.

VINOLENTIA PRINCIPIBUS FUGIENDA.



*Quem pugnata colit, semen Jovis, India Bacchum,
Et raptum Lynces, signa timoris, agunt,
Spernite, quos magnos finxit natura Lyæum
Spernite, qui brutis ducitur, atque metu.*

COMMENTARIUS.

I Uamvis ciborum frugalitas, quam Regibus aliquis Principibus tantopere commendavimus, potus quoque immoderati detestationem in se contineat; adhuc tamen è re esse arbitrò, speciatim aliqua de hoc vitio in præsenti subiectore, quod superiore quidem gravius, & celsis fastigiis fœdus, & indignus existimamus. Et omissione pluribus, qua de ebrietate, & ebrietatis dannis, Plinius (a), Div. Basilis (b), Clemens Alexandrinus (c), novissimus Camerarius (d), & plurimi alii copiose à Tiraquelle (e), Canonherio (f) & à Ms alibi relati, dixerunt, sola certe nostri hujus Emblematis effigies ad eam dissuadendam sufficere posset.

2 In qua Bacchum vides, vini auctorem, sive repertorem ab Etnicis toputatum, & secundum Eustathium, & Rhodiginum (g), ab incondito ululatu sic dictum, quo furentes Bacchæ, sive Menades, ejus pedissequa, personabant, qui thyrsum gestans, & pampinis redimitus, curru à Lycinibus agitur, animalibus suæ natura præ ceteris timidissimus, labore fugitantibus, voluptatibus appetentibus, prorsusque mollibus, & ignavis.

Cc

Quo

(a) Plin. lib. 14. cap. 22.

(e) Tiraq, de panit, tèp. caus. & plures alii apud Me

(b) D. Basil. in orat. de ebrietat.

2. tom. lib. 1. cap. 24. ex num. 69.

(c) Clem. Alexand. lib. 2. Pædag. cap. 1. Max. Tyrius

term. de ebriet.

(d) Camer. 4. tom. rubres. cap. 93. § 94.

(f) Canonher. in Aphor. 1. tom. pag. 785.

(g) Eustathius apud Rhodigin. libro 7. capit. 15. co

lum. 303.